

## Epistola Pauli Ad Titum

1:1 Paulus seruus Dei apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei et agnitionem ueritatis quae secundum pietatem est 1:2 in spem uitae aeternae quam promisit qui non mentitur Deus ante tempora saecularia 1:3 manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in praedicatione quae credita est mihi secundum praeceptum saluatoris nostri Dei 1:4 Tito dilecto filio secundum communem fidem gratia et pax a Deo Patre et Christo Iesu saluatore nostro 1:5 huius rei gratia reliqui te Cretae ut ea quae desunt corrigas et constituas per ciuitates presbyteros sicut ego tibi disposui 1:6 si quis sine crimine est unius uxoris uir filios habens fideles non in accusatione luxuriae aut non subditos 1:7 oportet enim episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem non superbum non iracundum non uinolentum non percussorem non turpilucris cupidum 1:8 sed hospitalem benignum sobrium iustum sanctum continentem 1:9 amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem ut potens sit et exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere 1:10 sunt enim multi et inoboedientes uaniloqui et seductores maxime qui de circumcisione sunt 1:11 quos oportet redargui qui uniuersas domos subuertunt docentes quae non oportet turpis lucri gratia 1:12 dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta Cretenses semper mendaces malae bestiae uentres pigri 1:13 testimonium hoc uerum est quam ob causam increpa illos dure ut sani sint in fide 1:14 non intendentes iudaicis fabulis et mandatis hominum auersantium se a ueritate 1:15 omnia munda mundis coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum sed inquinatae sunt eorum et mens et conscientia 1:16 confitentur se nosse Deum factis autem negant cum sunt abominati et incredibiles et ad omne opus bonum reprobis

2:1 tu autem loquere quae decet sanam doctrinam 2:2 senes ut sobrii sint pudici prudentes sani fide dilectione pa-

1:1 Paul, a servant of God, and an apostle of Jesus Christ, according to the faith of God's elect, and the acknowledging of the truth which is after godliness;

1:2 In hope of eternal life, which God, that cannot lie, promised before the world began;

1:3 But hath in due times manifested his word through preaching, which is committed unto me according to the commandment of God our Saviour;

1:4 To Titus, mine own son after the common faith: Grace, mercy, and peace, from God the Father and the Lord Jesus Christ our Saviour.

1:5 For this cause left I thee in Crete, that thou shouldest set in order the things that are wanting, and ordain elders in every city, as I had appointed thee:

1:6 If any be blameless, the husband of one wife, having faithful children not accused of riot or unruly.

1:7 For a bishop must be blameless, as the steward of God; not selfwilled, not soon angry, not given to wine, no striker, not given to filthy lucre;

1:8 But a lover of hospitality, a lover of good men, sober, just, holy, temperate;

1:9 Holding fast the faithful word as he hath been taught, that he may be able by sound doctrine both to exhort and to convince the gainsayers.

1:10 For there are many unruly and vain talkers and deceivers, specially they of the circumcision:

1:11 Whose mouths must be stopped, who subvert whole houses, teaching things which they ought not, for filthy lucre's sake.

1:12 One of themselves, even a prophet of their own, said, The Cretians are always liars, evil beasts, slow bellies.

1:13 This witness is true. Wherefore rebuke them sharply, that they may be sound in the faith;

1:14 Not giving heed to Jewish fables, and commandments of men, that turn from the truth.

1:15 Unto the pure all things are pure: but unto them that are defiled and unbelieving is nothing pure; but even their mind and conscience is defiled.

1:16 They profess that they know God; but in works they deny him, being abominable, and disobedient, and unto every good work reprobate.

2:1 But speak thou the things which become sound doctrine:

2:2 That the aged men be sober, grave, temperate, sound in faith, in charity, in patience.

# Biblia Sacra Vulgata

2:3 The aged women likewise, that they be in behaviour as becometh holiness, not false accusers, not given to much wine, teachers of good things;

2:4 That they may teach the young women to be sober, to love their husbands, to love their children,

2:5 To be discreet, chaste, keepers at home, good, obedient to their own husbands, that the word of God be not blasphemed.

2:6 Young men likewise exhort to be sober minded.

2:7 In all things shewing thyself a pattern of good works: in doctrine shewing uncorruptness, gravity, sincerity,

2:8 Sound speech, that cannot be condemned; that he that is of the contrary part may be ashamed, having no evil thing to say of you.

2:9 Exhort servants to be obedient unto their own masters, and to please them well in all things; not answering again;

2:10 Not purloining, but shewing all good fidelity; that they may adorn the doctrine of God our Saviour in all things.

2:11 For the grace of God that bringeth salvation hath appeared to all men,

2:12 Teaching us that, denying ungodliness and worldly lusts, we should live soberly, righteously, and godly, in this present world;

2:13 Looking for that blessed hope, and the glorious appearing of the great God and our Saviour Jesus Christ;

2:14 Who gave himself for us, that he might redeem us from all iniquity, and purify unto himself a peculiar people, zealous of good works.

2:15 These things speak, and exhort, and rebuke with all authority. Let no man despise thee.

3:1 Put them in mind to be subject to principalities and powers, to obey magistrates, to be ready to every good work,

3:2 To speak evil of no man, to be no brawlers, but gentle, shewing all meekness unto all men.

3:3 For we ourselves also were sometimes foolish, disobedient, deceived, serving divers lusts and pleasures, living in malice and envy, hateful, and hating one another.

3:4 But after that the kindness and love of God our Saviour toward man appeared,

3:5 Not by works of righteousness which we have done, but according to his mercy he saved us, by the washing of regeneration, and renewing of the Holy Ghost;

3:6 Which he shed on us abundantly through Jesus Christ our Saviour;

3:7 That being justified by his grace, we should be made heirs according to the hope of eternal life.

tientia 2:3 anus similiter in habitu sancto non criminatrice  
ces non uino multo seruietes bene docentes 2:4 ut prudentiam doceant adulescentulas ut uiros suos ament filios diligant 2:5 prudentes castas domus curam habentes benignas subditas suis uiris ut non blasphemetur uerbum Dei 2:6 iuuenes similiter hortare ut sobrii sint 2:7 in omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum in doctrina integritatem grauitatem 2:8 uerbum sanum inreprehensibilem ut is qui ex aduerso est uereatur nihil habens malum dicere de nobis 2:9 seruos dominis suis subditos esse in omnibus placentes non contradicentes 2:10 non sed in omnibus fidem bonam ostendentes ut doctrinam salutaris nostri Dei ornent in omnibus 2:11 apparuit enim gratia Dei salutaris omnibus hominibus 2:12 erudiens nos ut abnegantes impietatem et saecularia desideria sobrie et iuste et pie uiuamus in hoc saeculo 2:13 expectantes beatam spem et aduentum gloriae magni Dei et saluatoris nostri Iesu Christi 2:14 qui dedit semet ipsum pro nobis ut nos redieret ab omni iniquitate et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum 2:15 haec loquere et exhortare et argue cum omni imperio nemo te contemnat

3:1 admone illos principibus et potestatibus subditos esse dicto oboedire ad omne opus bonum paratos esse 3:2 neminem blasphemare non litigiosos esse modestos omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines 3:3 eramus enim et nos aliquando insipientes increduli errantes seruietes desideriiis et uoluptatibus uariis in malitia et inuidia agentes odibiles odientes inuicem 3:4 cum autem benignitas et humanitas apparuit saluatoris nostri Dei 3:5 non ex operibus iustitiae quae fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis Spiritus Sancti 3:6 quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum 3:7 ut iustificati

## Epistola Pauli Ad Titum

---

gratia ipsius heredes simus secundum spem uitae aeternae  
3:8 fidelis sermo est et de his uolo te confirmare ut curent  
bonis operibus praeesse qui credunt Deo haec sunt bona et  
utilia hominibus 3:9 stultas autem quaestiones et genealogias  
et contentiones et pugnas legis deuita sunt enim inutilis  
et uanae 3:10 hereticum hominem post unam et secundam  
correctionem deuita 3:11 sciens quia subuersus est qui  
eiusmodi est et delinquit proprio iudicio condemnatus 3:12  
cum misero ad te Arteman aut Tychicum festina ad me uenire  
Nicolim ibi enim statui hiemare 3:13 Zenan legis peritum  
et Apollo sollicite praemitte ut nihil illis desit 3:14 discant  
autem et nostri bonis operibus praeesse ad usus necessarios  
ut non sint infructuosi 3:15 salutant te qui mecum sunt omnes  
saluta qui nos amant in fide gratia Dei cum omnibus uobis amen

3:8 This is a faithful saying, and these things I will that thou affirm constantly, that they which have believed in God might be careful to maintain good works. These things are good and profitable unto men.

3:9 But avoid foolish questions, and genealogies, and contentions, and strivings about the law; for they are unprofitable and vain.

3:10 A man that is an heretick after the first and second admonition reject;

3:11 Knowing that he that is such is subverted, and sinneth, being condemned of himself.

3:12 When I shall send Artemas unto thee, or Tychicus, be diligent to come unto me to Nicopolis: for I have determined there to winter.

3:13 Bring Zenas the lawyer and Apollos on their journey diligently, that nothing be wanting unto them.

3:14 And let our's also learn to maintain good works for necessary uses, that they be not unfruitful.

3:15 All that are with me salute thee. Greet them that love us in the faith. Grace be with you all. Amen.

# Biblia Sacra Vulgata

---